BENEDICTUS DE NURSIA
Nordfrankreich (Paris), 14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift



persunt. equaliter diuidantur in sex noctium uigiliis
partiendo. scilicet inter eos. prolixiores sunt. ps.
Et duodecim per unamquamque constituantur noctem.
Diuisio Hoc precipue commonentes. ut si cui forte hec
distributio psalmorum displicuerit ordine. si melius
aliter indicauerit. dum modo omnimodis id attendatur
ut omni ebdomada psalterium ex integro numero
centum quinquaginta psalmorum psallatur. et dominico die
semper a capite repetatur ad uigilias. quia minus
mere deuotionis sue seruitium ostendunt monachi
qui minus psalterio cum canticis consuetudinari
is per septimane circulum psallunt dum modo legamus
sanctos patres nostros. Uno die hoc strenue impleuisse.
Quod nos tepidi utinam septimana integra persol
uamus. De disciplina psallandi:
Ubique credimus diuinam esse presentiam. et ocu
los domini speculari bonos. maxime tamen hoc sine
aliqua dubitatione credamus cum ad opus diuinum
assistimus. idcoque semper memores simus quod ait propheta
seruite domino in timore. Et iterum psallite sapienter. et
in conspectu angelorum psallam tibi. Ergo consideremus
qualiter oporteat nos in conspectu diuinitatis et an
gelorum eius esse. et sic stemus ad psallandum ut mens
nostra concordet uoci nostre. De reuerentia oronis
Si cum in hominibus uolumus aliqua suggerere non
presumimus nisi cum humilitate et reuerentia.
quanto magis domino deo uniuersorum cum omni humilitate
et puritatis deuotione supplicandum est. Et non